Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).



Quelle:
Copyright:



43

11. Fol. 50a–58b.

Jacobi Ep. Laude. Sermo in Exequiis Reg. Aragoniæ

Titulus est: "Sermo Episcopi Laudensis in Exequiis Serenissimi Regis Aragonum die anni MCCCCXVj. VIII Mensis Maij." Incipit: "Rex vero letabitur in deo. ps. LII. Reverendissimi patres et orthodoxi domini".

Idem hic Sermo funebris extat in Collect. Concil. Coleti Tom. XVI. col. 1343. ubi Antonio de Mercede dicti Regis Ferdinandi ad concilium Legato tribuitur; sed perperam, ut videre est ex Quetif T. I. pag. 784. et von der Hardt l. c. T. IV. p. 974.

12. Fol. 59a–69b.

Leonardi de Datis Mag. gentis Ord. Præd. Sermo in Conc. Constant.

Leonardi de Datis Magistri generalis Ordinis Prædic. Sermo in Conc. Constant. dictus anno 1416 dominica 1a Quadragesimæ. Inscriptio est: "Sermo generalis ordinis predicatorum factus Constan. in Concilio generali prima dominica quadragesime anno domini MCCCCXVj. Incipit: "Reverendissimi patres &c. super quibus posuit deus orbem. Exijsta fideri canonis veritatem". (a)

(a) Eidem verbis sermonem suum in Conc. Basil. exorditus est Halleiven Hern. Tio. Cod. CCLI. n. 15.

Leonardum de Datis, Florentinum, Ord. Prædic. Ministrum generalem fuisse, et in Conc. Constant. ao, et die notatis ad concionem divisse, sermonem vero nondum typis prodiisse testis est Quetif. T. I. p. 755. Fertur obiisse ao 1425.